

**LATIN**

**9788/02**

Paper 2 Prose Literature

**May/June 2010**

**2 hours**

Additional Materials: Answer Paper/Booklet

**READ THESE INSTRUCTIONS FIRST**

Write your Centre number, candidate number and name on all the work you hand in.

Write in dark blue or black pen.

Do not use staples, paper clips, highlighters, glue or correction fluid.

This paper is in **two** sections.

**Section A**

Answer **all** questions on **both** passages from your chosen prescribed text.

**Section B**

Choose **one** of the two essays set on your chosen prescribed text.



This document consists of **6** printed pages and **2** blank pages.



## Section A

Answer **both** questions on your chosen prescribed text.

**Sallust, *Bellum Catilinae*, 5.1-39.5**

1 Read the following passage and answer the questions:

sed postquam L. Sulla armis recepta re publica bonis initiis malos eventus habuit, rapere omnes, trahere, domum alius alius agros cupere, neque modum neque modestiam victores habere, foeda crudeliaque in civis facinora facere. huc adcedebat quod L. Sulla exercitum, quem in Asia ductaverat, quo sibi fidum faceret, contra morem maiorum luxuriose nimisque liberaliter habuerat. loca amoena, voluptaria facile in otio ferocis militum animos molliverant. ibi primum insuevit exercitus populi Romani amare potare, signa tabulas pictas vasa caelata mirari, ea privatim et publice rapere, delubra spoliare, sacra profanaque omnia polluere. igitur ei milites, postquam victoriam adepti sunt, nihil reliqui victis fecere. quippe secundae res sapientium animos fatigant, ne illi corruptis moribus victoriae temperarent. 5

postquam divitiae honori esse coepere et eas gloria imperium potentia sequebatur, hebescere virtus, paupertas probro haberi; innocentia pro malevolentia duci coepit. igitur ex divitiis iuventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere; rapere, consumere, sua parvi pendere, aliena cupere, pudorem pudicitiam, divina atque humana promiscua, nihil pensi neque moderati habere. operae pretium est, cum domos atque villas cognoveris in urbium modum exaedificatas, visere templa deorum, quae nostri maiores, religiosissimi mortales, fecere. 10 15

(Sallust, *Bellum Catilinae*, 11-12)

- (i) Explain how Sallust relates the historical events described in lines 1-5 to the Catilinarian conspiracy. [5]
- (ii) *loca amoena...invasere* (lines 5-13): show how Sallust's language here stresses the moral decay which stemmed from the time of Sulla. [10]
- (iii) Translate lines 14-17 (*rapere...fecere*). [5]

**[Total: 20]**

Sallust, *Bellum Catilinae*, 5.1-39.5

2 Read the following passage and answer the questions:

'deos hominesque testamur, imperator, nos arma neque contra patriam cepisse neque quo periculum aliis faceremus, sed uti corpora nostra ab iniuria tuta forent, qui miseri egentes violentia atque crudelitate feneratorum plerique patria sede omnes fama atque fortunis expertes sumus. neque cuiquam nostrum licuit more maiorum lege uti neque amisso patrimonio liberum corpus habere: tanta saevitia feneratorum atque praetoris fuit. saepe maiores nostri miseriti plebis Romanae decretis suis inopiae eius opitulati sunt, ac novissime memoria nostra propter magnitudinem aeris alieni volentibus omnibus bonis argentum aere solutum est. saepe ipsa plebs aut dominandi studio permota aut superbia magistratuum armata a patribus secessit. at nos non imperium neque divitias petimus, quarum rerum causa bella atque certamina omnia inter mortalis sunt, sed libertatem, quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit. te atque senatum obtestamur, consulatis miseris civibus, legis praesidium, quod iniquitas praetoris eripuit, restituatis neve nobis eam necessitudinem inponatis, ut quaeramus, quonam modo maxime ulti sanguinem nostrum pereamus.'

(Sallust, *Bellum Catilinae*, 33-34)

- (i) Fully explain the circumstances of this letter. [5]
- (ii) '*deos hominesque...a patribus secessit.*' (lines 1-10): show how the language and substance of these lines make it a persuasive attempt by the writer of the letter to justify his actions. [10]
- (iii) Translate lines 10-15 (*at nos non...nostrum pereamus*). [5]

[Total: 20]

Cicero, *Pro Caelio*, 31-80

## 3 Read the following passage and answer the questions:

chartae quoque quae illam pristinam severitatem continebant obsoleverunt; neque solum apud nos qui hanc sectam rationemque vitae re magis quam verbis secuti sumus sed etiam apud Graecos, doctissimos homines, quibus, cum facere non possent, loqui tamen et scribere honeste et magnifice licebat, alia quaedam mutatis Graeciae temporibus praecepta exstiterunt. itaque alii voluptatis causa omnia sapientes facere dixerunt, neque ab hac orationis turpitudine eruditi homines refugerunt; alii cum voluptate dignitatem coniungendam putaverunt, ut res maxime inter se repugnantis dicendi facultate coniungerent; illud unum directum iter ad laudem cum labore qui probaverunt, prope soli iam in scholis sunt relictii. multa enim nobis blandimenta natura ipsa genuit quibus sopita virtus coniveret interdum; multas vias adolescentiae lubricas ostendit quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo ac prolapsione vix posset; multarum rerum iucundissimarum varietatem dedit qua non modo haec aetas sed etiam iam conrobata caperetur. quam ob rem si quem forte inveneritis qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore ullo, non tactu, non sapore capiat, excludat auribus omnem suavitatem, huic homini ego fortasse et pauci deos propitios, plerique autem iratos putabunt. ergo haec deserta via et inculta atque interclusa iam frondibus et virgultis relinquatur.

(Cicero, *Pro Caelio*, 40-42)

- (i) Translate lines 1-5 (*chartae quoque...praecepta exstiterunt*). [5]
- (ii) *itaque alii...in scholis sunt relictii* (lines 5-9): to which philosophical schools is Cicero referring here? Briefly explain what each school stood for. [5]
- (iii) *multa enim nobis...virgultis relinquatur*. (lines 9-17): show how Cicero reinforces his argument by the use of colourful language. [10]

[Total: 20]

Cicero, *Pro Caelio*, 31-80

## 4 Read the following passage and answer the questions:

itaque haec causa ab argumentis, a coniectura, ab eis signis quibus veritas inlustrari solet ad testis tota traducta est. quos quidem ego, iudices, testis non modo sine ullo timore sed etiam cum aliqua spe delectationis exspecto. praegestit animus iam videre, primum lautos iuvenes mulieris beatae ac nobilis familiaris, deinde fortis viros ab imperatrice in insidiis atque in praesidio balnearum conlocatos. ex quibus requiram quem ad modum latuerint aut ubi, alveusne ille an equus Troianus fuerit, qui tot invictos viros muliebri bellum gerentis tulerit ac texerit. illud vero respondere cogam, cur tot viri ac tales hunc et unum et tam imbecillum quem videtis non aut stantem comprehenderint aut fugientem consecuti sint; qui se numquam profecto, si in istum locum processerint, explicabunt. quam volent in conviviiis faceti, dicaces, non numquam etiam ad vinum disertis sint, alia fori vis est, alia triclini, alia subselliorum ratio, alia lectorum; non idem iudicum commissatorumque conspectus; lux denique longe alia est solis, alia lychnorum. quam ob rem excutiemus omnis istorum delicias, omnis ineptias, si prodierint. sed me audiant, navent aliam operam, aliam ineant gratiam, in aliis se rebus ostentent, vigeant apud istam mulierem venustate, dominantur sumptibus, haereant, iaceant, deserviant; capiti vero innocentis fortunisque parcant.

(Cicero, *Pro Caelio*, 66-67)

- (i) *haec causa* (line 1): with what charge has Cicero been dealing and how has he earlier poured scorn upon it? [5]
- (ii) *praegestit animus... alia lychnorum* (lines 3-13): what is the tone of these lines, and how does the language convey it? [10]
- (iii) Translate lines 13-17 (*quam ob rem...parcant*). [5]

[Total: 20]

**Section B****Essay**

Answer **one** of the two questions below on your chosen prescribed text. You should refer in your answer both to the text itself and, where relevant, to the wider historical, social, political and cultural context.

**Sallust, *Bellum Catilinae*, 5.1-39.5**

5 Assess the importance of speeches in the *Bellum Catilinae*. [20]

Or

6 To what extent does Sallust's portrait of Catiline fit his stated purpose in writing the *Bellum Catilinae*? [20]

**Cicero, *Pro Caelio*, 31-80**

Either

7 How favourable a picture of Caelius emerges from the *Pro Caelio*? [20]

Or

8 Do you think that the case presented by Cicero in the *Pro Caelio* is wholly convincing? [20]



**BLANK PAGE**

---

Permission to reproduce items where third-party owned material protected by copyright is included has been sought and cleared where possible. Every reasonable effort has been made by the publisher (UCLES) to trace copyright holders, but if any items requiring clearance have unwittingly been included, the publisher will be pleased to make amends at the earliest possible opportunity.

University of Cambridge International Examinations is part of the Cambridge Assessment Group. Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.